

Q. 330/2.9

[Moller]



VOTUM TRIPLEX  
ET

ALLOCUTIO

QVEIS X 2054817

CIVIS CONTERRANEUS,  
AMICUS AMICO,  
MATRUELI MATRUELI

In

Agro & Ephoriâ DRESDENSI  
Magisterii Gradum

Collatum Munus, Cœptumqve Matrimonium  
Felix, faustum, fortunatumqve esse jubet

Simulqve

De Claris Kühniis

pauca quædam  
differit

M. A. M. R. D.



PALÆO-DRESDÆ, Literis Funckianis.

Man. Rev. atq  
51

va



Q. N. 330/2.0

[Moller]



VOTUM TRIPLEX  
ET

ALLOCUTIO

QVEIS

X 2054817

CIVIS CONTERRANEUS,  
AMICUS AMICO,  
MATRUELI MATRUELI

In

Agro & Ephoriâ DRESDENSI

Magisterii Gradum

Collatum Munus, Cœptumqve Matrimonium

Felix, faustum, fortunatumqve esse jubet

Simulqve

De Claris Kühniis

pauca quædam

differit

M. A. M. R. D.



PALÆO-DRESDÆ, Literis Funckianis.

Max. Rev. atq. Amplis. Doct. Jo. Andr.  
Gieschke, Conc. D. Sax.  
51 Julio meridie. Passavo  
certis et atheni calendis



VOTUM TALE

ALLO CUTIO

CONTRARIUM

AMORIS

TRUENI

AGRO

MAI

COLLEGIUM

MAI

MAI



DE CLAVIS

MAI

MAI

MAI

MAI

VOTUM TALE

ET

ALLOQUITIO

OVER

CONTRARIANO

AMICUS

TRUENI

Agro de ...

Magister ...

Collationes ...

...

...

De Clara Kühnis

...

...

M.A. ...



...

*Audaces fortuna juvat,*  
Vetus est Pro- & Veri-Verbium  
& verum est, alit verius ac melius,  
quin imò verisimum Christianorum more dictum

*audentes DEUS Ipse juvat*  
Exempla sunt in promptu & notatu dignissima  
eorum, quì vel *audentium nomine* gaudent  
& in re litteraria clari & celebres,  
vel quos DEUS T. O. M. Ecclesiæ & Reip.  
adjumento & ornamento constituit.

En  
SYLVA NOSTRA DIPPOLDI  
Ejusdem Nominis ac honoris  
exhibet quoque duos clarissimos Viros  
alterum

B. M. DONATUM KÜHNIUM  
SS. Theol. Cand. dignissimum  
Philosophum acutissimum  
Poetam ingeniosissimum  
Polyhistora sui temp. celeber.  
Pansophum nunc in illa cœlesti Academia  
consummatissimum

*νῦν ἐν αἰθέραις.*

alterum

DN. M. CHRISTIANUM KÜHNIUM  
Pastorem Cadizensem fideliss.  
NEONYMHUM hodiè Honoratissimum.

De quo & hoc verum  
Audentem DEUS Ipse juvabit,  
juvit, & porrò juvabit.

Nam

JOVA juvat, juvit JOVA, Idem JOVA juvabit.

qua

qva de re jure meritoqve vocari meretur

*Alba Gallina Filius,*

siquidem

DEUS ex humili Eum sic exaltavit,

*Freiberga* plantavit,

*Lipsia* rigavit,

*Dresda* honoravit,

*Cadiza* jam possidet.

ô fortunatum Natum!

Patria dulcissima

Tibi

Gratulandum itaqve omnino esse duxi

de hocce Nato fortunato,

ut & de reliquis Filiis Honoratissimis,

in Ecclesia & Re literaria claris.

Et sicut aliàs commune valet Dicterium

*Aude aliquid, si vis esse aliquid,*

ita Calcar hoc addit egregium Juvenes ad studia  
incitandi, & instigandi alios ad Virtutis tramitem.

Audendū enim est, ferendum quoq;

Interdum etiam sperandum

Deus enim habet suas horas & moras.

Ipsē dat incrementum & juvat.

Tibi Aderit Numen Divinum Expecta Modo!

Et Ipse faciet, fecit, facit.

Gratulor ergò & Tibi

Mi KÜHNI Charissime

Sponse Honoratissime,

Pastor Venerande,

Magister clarissime,

Civis æstumatissime,

Matruelis svavissime,

Fau-

Fautor - Amice - Frater  
Certissime.

Gratulor deinceps & ominor  
Omnia fausta, fortunata ac felicissima  
de novis honorum & bonorum dignitatibus  
Gradu, Officio, Conjugio.

De Gradu solenni ritu ritè adepto,  
& cum illo de Corona & Annulo collatis  
non de mundana, non de regiâ  
non de acquisita per Martem, sed per Artem,  
de Corona scil. Magisteriali  
quam Apollo Tibi dedit,  
et Tu audens & ardens in studiis semper  
cum laude acquisivisti.

ut &

Concredito Magisteriali Annulo,  
qui quondam Romanis  
Symbolum Potestatis & Dignitatis fuit  
ut Hebræos, Ægyptios, Sabinos, Hetruscos,  
& alios taceam,  
tandem ad Germanos mos ille traditus  
hinc exortum duco proverbium  
FORTIS. GERMANUS. ANNULO. DIGNUS. EST.

Nec non  
Grator de Officio,

*ad quod*

*εὐμα καὶ σοφίαν*

Pacem, Sanitatem, Patientiam  
Voveo, Opto, Precor.

Archi-Episcopus Animarum Nostrarum,  
æternus ille Salutis Autor,  
avertat omne infortunium  
& si forte fortuna quid acciderit adversi

) ( 2

Tu

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,  
Ope, virtute & donis Sp.S.

Et

Quicquid *Smyrneus* Doctor divini habet,  
*Ignatius* sancti amoris spirat,  
Quicquid eruditi meditatur *CLEMENS* &  
*ATHANASIUS* si dubii discutit,  
Quicquid auro tinctum *JOHANNES* disserit,  
Et *Basilus* Igraviter detonat,  
Id in TE omne benigno effusum cornu  
affluat.

De CONJUGIO nunc gratulandum erit.

Ast quid moror?

Connubium adit, Nuptias parat  
*CHRISTIANUS* Noster SPONSUS.  
Operam dat opus incipere *Christianum*  
& non *injuste*, sed *gratiose* procedit  
dum

*JOHANNAM JUSTINAM BOEHMIAM*,  
Virginem morum pulchritudine &  
Virtutibus ornatisimam

Conjugio sibi jungit.

Ad plausus, igitur, ad plausus  
Nam applausum meretur plausibilis Conjunctio.  
Gaudium exhibeatis, cum nunc exhibeatur  
Gaudere simili similem.

*Cajus Cajam*,

Pastor Cadizensis Filiam Pastoris Cadizensis.  
Nomen & Omen.

Quis de felici successu dubitabit  
cum de Concordia minus dubitandum?  
*Dies* enim *CONCORDIÆ* erat *Dies Desponsationis*  
O mirabile fatum & fatale mirum.

*Concordia sunt corda*

*Concordes Virtutes in concordibus animis*  
Quæ omnia ominantur concordiam

Vin<sup>o</sup>

Vin' plura  
*Dies Venerabilis BEDÆ*  
Ipsis Nuptiarum dicatus est solennitatibus  
qvo

*Venerandus Noster KÜHNIIUS*  
à Lectissima sua  
& Coronam Virginitatis,  
& Annulum Pronubum  
poscit

Cupit & capit necessarium Bonum,  
cum habeat necessum acqvire conjugem,  
& à Cœlo constitutum, & cœlo gratum,  
Cum exire deceat Cœlibatum.

Nunc demum docet, qvòd diu docuit,  
Qvòmodo nimirum Conjugium sit instituendum,  
Ut benè sit institutum.

Novis Ergo Nuptis Feliciter!  
hoc est velut centrum ad qvòd tendunt omnium Vota,  
Qvi præfenti exultatione, Amoris ac Favoris demonstratione  
Et devota Gratulatione

Convivas Nuptiales se ostendunt,  
Non impar pietas est absentium,  
Qvi dum comparere neqvunt corpore  
Animo tamen comparent.

Et ne & Ego ipse ἀσύμβολος esse videar,  
felicem dulcedinem & dulcem felicitatem  
apprecor

Det Ille Soli, Poli, Sali Rector & Tector DEUS  
ut

Amor adsit, Amara absint,  
Amara in chara, Tristitiam in Lætitiã,  
Luctum & Lethum in lætum & lautum Conjugium,  
Post nebulæ Nubila Phœbus & júbila orientur.

Radiantibus radiis radiantia  
Solutus Amoris Sol

Vobis faveat, Vos foveat  
Virtutum charitate, morum & animorum sinceritate

Rideat

Zc 2617  
OK

Rideat ita Serenitas in *Domo*,  
Vigeat Amœnitas in *Thoro*,  
Vireat jucunditas in *Animo*,  
Floreat Sanitas in *Corpore*,  
Hisce Vigefce, Fave,  
SPONSE VERENDE VALE.

Quia breve temporis spatium & paginae angustia  
Celeb. KUHNIORUM Nomina & Scripta  
uti animus erat, prolixè recensere prohibuit  
Nomina tantum quorundam addere h. l. visum fuit.

- 1.) D. Andreas Kühn/olim Ephoriæ Annæb. Antistes post Gedanensin Past. & Sen.
- 2.) Ejusd. Filius Philos. & J.U. Doctor Dn. Jac. Andr. KÜHNUS J.Ctus Excell.
- 3.) D. Jo. Mich. Kühn/Med. Pract. & Physic. Freib. Ordin.
- 4.) Joach. Kühn/Prof. Græc. Ling. Argent. de quo Acta Erud. Lips.
- 5.) M. Jo. Kühn/Prof. olim Lips. Mathem. Celeb.
- 6.) Jo. Heinr. Kühn/Rev. Min. Dresd. Senior graviss. meritiss.
- 7.) M. Seb. Kühn/Archi-Diac. Born.
- 8.) Sam. Bernhard Kühn/Past. S. Joh. & Barthol. Freib.
- 9.) M. Carl. Henr. Kühn/Diac. Prignizensis Theologi Dresd. Filius Clariss.  
His adjungendi sunt quoq; jam supra memorati & laudati Kühnii.
- 10.) M. Donat. Kühn/in Alma Leucorea olim Celebris.
- 11.) M. Christ. Kühn/Pastor Cadiz. & Sponsus hodie feliciss.
- 12.) Paul Kühn/Artium Baccal. Lips. obiit 1518. cujus ment. fac. M. Stepnerus In-  
script. Lips. p. m. 145.



Q. 330/20

ALI  
CIVIS C  
AMIC  
MATRUE

Agro & E  
Mag

Collatum Munu  
Felix, faustu

De

PALÆO-

*Man*

Z c  
2617

NEO,

IELI

NSI

monium

STAT

va

